

Thomas Lindemann Anton Geisheimer


Sylloge Quaestionum luridicarum, desumpta ex utilissima iuris Materia De Pactis

Rostochii: Saxo, 1614

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788037293>

Druck Freier  Zugang





N. N. — 2 (178.)

Y L L O G E

Q U A E S T I O N U M

J U R I D I C A R U M,

ad omnia et ubi maxima ratio

D E P A C T I S

AD ACADEMIAM
S U P E R I O R I M

THOMAE LINDEMANNI


H. D. & in alia Rostochiana Pro-

ANTONIUS Balthasar Paucifidius

R O S T O C H I I

1771

1771



SYLLOGE
QUÆSTIONUM
JURIDICARUM,

desumpta ex utilissima juris
Materia.

DE PACTIS.

Quam Adjuvante Trinuno

SUB PRAESIDIO

CLARISSIMI CONSULTISSIMIQ; VIRI

Dn. THOMÆ LINDEMANNI

J. U. D. & in almâ Rostochianâ Pro-
fessoris celeberrimi.


In majori Auditorio publicè defendet

ANTONIUS Geisheimer Darmstadinus.

ROSTOCHII

Per MAURITIUM SAXONEM

ANNO M. DC. XIV.



Viro

Magnifico, Amplissimo & verè Nobili
DN. IOANNI STRUPPIO

à Gelnhausen / Sacri Palatij Comiti dignissimo Di-
casterijq; Giesseni Cancellario meritissimo,

Patrōno suo honorando.



Ur non ego solū fatear sed omnis etiam iuven-
tus studiosa, inprimis tamen patriæ nostræ dul-
cissimæ spes postera agnoscat liberaliter, tibi, Pa-
trōne honorande, colende, omnes debere pluri-
mum, causa nec leues sunt, ut negligi debeant: nec adeò,
paucæ sanè, ut à me queant breviter enarrari. E multis
autem unicam adducere sufficiat. In constitutione
celeberrimæ GIESSENÆ, ejusq; privilegiorum obten-
tione Celsissimo Hassiæ Principi LUDOVICO, Do-
mino meo Clementissimo, eam navasti operam, cujus &
te non pantebit unquam, & posteritas, memor semper fu-
tura est. Ea fruerè gloriâ perpetuò & ubi hoc officiosi anio
mi mei symbolum benigne susceperis Vale feliciter. Da-
bam ad Varnum 12. Maij Anno 1614.

Amplitudinis Tuæ cultor
Officiosissimus

Antonius Geisheimer.

DE PACTIS.

THESIS I.



ACTUM seu conventio est duorum pluriúmve in idem placitum consensus *l. 1. § 2. ff. h. t.*

II.

A Pollicitatione pactum differt essentialiter. Pollicitatio enim nec consensus, nec pactum, nec conventio, sed solius offerentis promissum est *l. pactum 3. ff. de pollicit.*

III.

Unde nec præsumpto tacentis consensu ex pollicitatione *ut arbitratur Menoch. 3. præsumpt. 42.* pactum inducitur.

IV.

Pactum fit vel de re certâ, plerunq; gratuito & propriè pactum est: vel dubia & non gratuito estq; transactio *l. 1. § 1. 2. ff. de transact. de illo hac in Disputatione agetur potissimum.*

V.

Causæ itaq; respectu pactum aliud est publicum, de rebus publicis in initum: aliud privatum. *l. 5. ff. h. t.*

VI.

Sed illud non nisi per personas publicas fieri potest: hoc per sonæ habiles tam de rebus singularibus quam universalibus semper & libere ineunt: dummodò juri communi sive publico *l. 7. § 14. l. jus publicum 38. ff. h. t.* vel bonis moribus nihil derogetur *l. pacta. 6. C. de pact. l. libera 2. § 1. ex eo 4. C. de inur. stip. l. 1. § 7. ff. Depositi.*

VII.

Si igitur quis paciscatur, ne judicati, ædium, incensarum operis novæ inventionatione, furti injuriarum & depositi agat, ex pacto tenebitur. *d. l. 7. § si paciscar. ff. h. t.*

VIII.

Pactum privatum rursus vel est juris Gentium tantum *l. conventionum 5. ff. h. t.* vel etiam legitimum, id est à jure Civili confirmatum. *d. l. 5. § 1. 6. ff. h. t.*

A 2

Illud

IX.

Illud in legibus nudum d. l. 7. ff. h. t. l. 10. C. eod. l. 1. C. de pact. conv. & solum dicitur l. major annis 23. C. de pignor. & ad Exceptionem tantum, non etiam actionem producendam utile est d. l. 7. & l. divisionis 45. ff. h. t.

X.

Si tamen quod naturaliter tantum debetur solutum sit indebiti conditione non repetetur l. 3. § fin. ff. Quod quisq; juris. l. fidejussor 16. § 4. ff. de fidejuss. l. naturales 10. ff. de O. & A. l. naturaliter 13. ff. de condict. indeb.

XI.

Sed & recte compensari potest: & si per errorem compensabile solutum sit, tanquam indebitum efficaciter condicatur. l. etiam 6. l. si ambo 10. § 1. ff. de compens.

XII.

Pactum legitimum in specie est conventio quæ lege aliqua confirmatur & conditionem ex lege producit, quo & pactum usurarium argentarii & constitutum Prætorium pertinet Nov. 136. l. 1. ff. de constit. pec.

XIII.

Legitimum quoq; pactum est, quod jure quidem Gentium introductum, at jure Civili comprobatum est; quod cum in proprium nomen contractus transit, ex ipso contractu actionem producit l. 6. & l. 7. ff. h. t.

XIV.

Sed etsi in alium contractum res non transeat, subsit tamen causa eleganter Aristo Celso respondit esse obligationem, ut puta dedi tibi rem, ut mihi aliam dares; vel dedi ut faceres &c. quibus casibus præscriptis verbis actio nascitur. d. l. 7. § 2. ff. h. t.

XV.

Consensus respectu pactum vel est Expressum: Consensu nimirum literis vel verbis, tam ad tertij alicujus interrogationem, quam inter absentes per Epistolam vel nuntium expressè significato: vel tacitum ubi consensus saltem præsumitur. l. 2. l. 4. & l. 7. ff. h. t.

XVI.

Taciti pacti species in jure plures occurrunt: de potioribus autem dicemus aliquid, & primò quidem de rebus prædio urbano illatis, quæ tacite domino sunt oppignorata l. 4. ff. h. t. l. 2. 3. 4. ff. in quib. caus. tac.

XVII.

Sed hic suppellectilem studiosorum librariam justissima favoris ampliatione cum plerisq; Dd. ad auth. habita C. ne fil. pro pat. quamvis multi

multi hoc nostro privilegio nos gaudere non sinant, credo exciendam.

XVIII.

Non defunt autem qui idem privilegium ad res minoris, absq; Curatoris auctoritate illatas extensum volunt, à quorum sententia, communis interpretum Schola recedit.

XIX.

In rusticis verò prædijs tacitum pignus in legibus non constituitur. l. 2. ff. in quib. causis tac. l. potior est 11. § 2. ff. Qui pot. in pign.

XX.

Alia taciti pacti de non petendo species est, si creditor debitori chirographum reddiderit l. 2. § 1. ff. h. t. l. 24. ff. de prob. & præsumpt.

XXI.

Si tamen plura de eodem debito extent chirographa, uno reddito, non protinus debitor liberatus esse censetur. arg. d. l. 2. ff. h. t. & l. pluribus ult. ff. de his quæ in test. del.

XXII.

Aliud dicendum, si res pignori data reddita est: quamvis enim pignoris obligatio sublata sit, debitum tamen peti potest l. 3. ff. h. t. l. reddituum. 7. C. de remiss. pign. l. 2. ff. de liber. leg.

XXIII.

Porro si creditor in futurum tempus usuras acceperit, intra illud tempus à fortis repetitione vi taciti pacti merito arcebitur l. qui in futurum § 7. ff. h. t. junct. l. palam est 2. § 6. ff. de doli excep.

XXIV.

Stipulationi quoque dotis causa factæ hoc tacitè inest si nuptiæ non sequantur, dotis nullam futuram exactionem l. 4. ff. h. t. l. stipulationem 21. & l. dotis promissio 68. ff. de jur. dor.

XXV.

Pacta vel in rem sunt vel in personam: illa non tantum pacificentibus, sed alijs etiam, quorum interest profunt: hæc ultra personam, in quam concepta sunt, extendi non possunt l. 7. § 8. l. 21. in fin. l. 23. & l. 25. § 1. ff. h. t.

XXVI.

Fidejussoribus itaq; debitoris conventio prodest maximè d. l. 21. ff. h. t.

XXVII.

Quid dicendum de pacto obscuro? Contra obscure loquentem, qui dilucidius loqui poterat, regulariter interpretatio facienda per l. 39. ff. h. t. l. 33.

ff. h. t. l. 33. ff. de contr. empt. l. 172. ff. de R. I. quod non observatur in judicijs
l. 66. ff. de judic.

XXVIII.

Pactum autem mixtum, in rem scilicet & personam, quamvis magni nominis Jctos assertores habeat, ex legibus vix probari poterit.
fac. l. 21. & l. 23. ff. h. t.

XXIX.

Pacifici non possunt efficaciter, qui consensum ad obligandum validum non habent: ut infantes § *sed quod diximus 10. Inst. de inut. stip. l. infans 12. ff. ad l. Corn. de sic. furiosi l. in negotijs 5. ff. de R. I. l. 1. § furiosum ff. de O. & A. & impuberes l. obligari 9. ff. de auct. Tut. l. certi condictio § 7. ff. de reb. cred.*

XXX.

Æquitas suadet etiam ebrium, si adeo inebriatus fuit, ut pacti meminisse nequeat, conventionis nexibus eximendum, ne captatoribus hominum improbitas sua sit lucrosa.

XXXI.

Impuberibus in effectu æquiparatur prodigus: sed non nisi solenni bonorum interdictione præcedente *l. 6 ff. de V. O. l. furiosi 40. ff. de R. I. Nov. Leon. 39.*

XXXII.

De puberibus inter Dd. controversia maxima, quos tandem sine Curatoribus ex pacto obligari verius est *l. 101. ff. de V. O.*

XXXIII.

Res tamen immobiles extra unicum æris alieni casum, quicquid etiam suadeat apparens utilitas, nec minor absq; Curatore nec ipse Curator absq; decreto Judicis alienare poterit. *l. ob æs alienum 12. & l. si minores. 18. C. de præd. min. l. magis puto 5. § si æs alienum 14. ff. de reb. cor. qui sub Tut.*

XXXIV.

Hic quæri potest donationibus inter virum & uxorem prohibitis, utrum pacta etiam censeantur prohibita, & non esse prohibita (nisi donationem sapiant) evidenter apparet ex text. *l. si vir. uxori 12. ff. de præscr. verb. l. etiam 11. C. ad Scrm. Vellej. l. ex diverso 17. verb. cum socia fuit ff. soluto matr.*

XXXV.

Pacificimur autem legitimè non tantum cum amicis & concivibus nostris, sed & cum peregrinis, hostibus, hæreticis, latronibus atq; Piratis arg. *l. sunt quidam 17. § 1. ff. de pen. l. sed etsi 10. ff. de bon. damn. l. bona fides ff. depositi.*

XXXVI.

Unde facilè coijcimus, quo jure, quave injuria perfidi Papicolæ Joannem Hussum, contra fidem publicam ab Imperatore Sigismundo datam

datam Anno 1415. exusserint: Idem facturi D. Luthero, nisi Deus illum benignè respiciens funesta consilia disturbasset. *cujus rei meminit Sleid. lib. 3.*

XXXVII.

Hinc & fædus cum ijs, qui à nobis in religione dissident, pro defensione patriæ & libertatis inire licere putamus & zelum nonnullorum Theologorum incontinentio rem haud probandum esse censemus. *Alberic. in l. 1. C. unde vi. Decian. conf. 20. vol. 3. Varemund. de fæder. c. 2.*

XXXVIII.

Et hæc hæctenus de pacto privato rerum singularium: Universalium rerum pactum privatum est vel de succedendo, vel non succedendo. Et de illo statim an valeat multùm & sollicitè Dd. inter se conflitantur: valere autem, si modò reciprocum sit & à superioribus confirmetur tam ex *l. licet 19. C. h. t.* quàm Clarissimis Germaniæ exemplis probari poterit. Et specialiter inter Illustrissimas Saxoniam, Hessicam & Brandenburgicam familias tale pactum notat *Hotom. 1. conf. 72. n. 37. cujus etiam meminit. Sleid. l. 23. & Varemund. ab Erenberg.*

XXXIX.

Jure consuetudinario effectum est, ut ejusmodi successiones valeant plerisq; in locis etiam inter conjuges, si liberi non extent: non tam vi pacti quàm vigore statuti.

XL.

De non succedendo notabilis est pacti jurati species, quando filix jurantes, se dote contentas futuras hereditati paternæ in perpetuum renunciant, cui suffragatur etiam jus Canonicum, *in c. quàmvis de pact. in 6.*

XLI.

Per dotem autem intelligimus legitimam jure naturæ liberis debitam: hanc enim si consecuta non sint, juramentum quidem subsistit, sed ejus relaxatione impetrata ad supplementum per renunciationem læsis succurritur.

XLII.

Illis verò, qui tale pactum ipsarum quoq; liberis, si res in eum casum devenerit, præjudicare statuunt non assentimur. *arg. l. quotiens 14. in pr. ff. de novat.*

XLIII.

An verò filia juratò hereditati paternæ renuncians perpetuò & in infinitum censeatur exclusa non otiosè quæritur? & videtur considerandum, cujus intuitu renunciatio facta sit. Si igitur renunciationis tempore

tempore statim habuit, ipsi ante obitum patris derunctis, nihil obitum,
quo minus patri, ab intestato succedat. *arg. d. l. 14. in pr. ff. de novat.*

XLIV.

Aliud rerum universalium pactum est, quando heres ante aditam
hereditatem cum creditoribus omnibus, vel majori parte paciscitur,
ut vel minus solvatur, vel id quod pure debetur in diem certum su-
spendatur. *l. 7. § si ante ff. h. t.*

XLV.

Major autem pars, non ex personarum multitudine, sed debiti
quantitate censetur. *l. maiorem §. in pr. ff. h. t. l. si plures heredes 14. ff. de-
pos.*

XLVI.

Si æquales sint benigniorem sententiam judici sequendam, & se-
cundum illos, qui plus ex credito remissuri sunt iudicandum probat.
d. l. 8. ff. h. t.

XLVII.

Elegans verò hoc loco occurrit, & variè disputata quæstio, utrum-
tam in stricti juris quàm bonæ fidei iudicij pacta in continenti adje-
cta insint tam à parte rei quàm actoris, quod videtur. *l. lecta 40. ff. de
reb. cred.*

XLVIII.

Hæc autem omnia de pactis licitis atq; legitimis intelligenda sunt:
Si enim sint illicita contraq; bonos mores inita, ne juramenti quidem
interventu sustineri poterunt. *aut. Sacramenta C. si advers. vendit.*

XLIX.


Læsionem tamen, quantumvis maximam, pactum juratum, quod
absq; conscientiæ læsione servari potest, infringere posse, haud faciliè
dixerimus.

L.


Postremò de pactorum sublatione hoc adijcimus, tolli ea per po-
steriora vi exceptionis non ipso jure. *per text. express.*

l. si unus 27. § pactus 2. ff. h. t.





Handwritten mark or signature in the top right corner of the page.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn788037293/phys_0016

DFG

DE PA

THE

IS.



ACTUM seu c
idem placitum co

A Pollicitati
Pollicitatio enim
conventio, sed sol
ctum 3. ff. de pollicit

Unde nec præsumpto tacentis
tratur Menoch. 3. præsumpt. 42. pactur

Pactum fit vel de re certâ, ple
est: vel dubia & non gratuito estq;
de illo hac in Disputatione agetur

Causæ itaq; respectu pactum a
cis initum : aliud privatum. l. 5. ff.

Sed illud non nisi per personas
habiles tam de rebus singularibus q
rè ineunt : dummodò juri commur
cum 38. ff. h. r. vel bonis moribus nih
bera 2. & l. ex eo 4. C. de inut. stip. l. 1. S

Si igitur quis paciscatur, ne j
peris novi iuntiatione, furti injuri
nebitur. d. l. 7. § si paciscar. ff. h. r.

Pactum privatum rursus vel et
tionum 5. ff. h. r. vel etiam legitimur
d. l. 5. & l. 6. ff. h. r.

tuorum pluriùmve in
ff. h. r.

differt essentialiter.
s, nec pactum, nec
promissum est l. pa-

ollicitatione ut arbi-

& propriè pactum.
l. 2. ff. de transact.

um, de rebus publi-

potest: hoc pe rsonæ
ibus semper & libe
l. 7. § 14. l. jus publi
pacta. 6. C. de pact. l. li-

m, incensarum o
iti agat, ex pacto te-

m tantum l. conven
civili confirmatu m
Illud

